Paſsio Mundana.

Imperator Romanus.

Hic positus est in ruinam multorum et Signum cui contradicetur.

Rex Galliæ

Ponam ad Austriam Solium meum, et similis ero invictiſsimo.

Rex Hispaniarum

Etsi omnes te deseruerint, Ego te non derelinquam.

R. Antequam Gallus Vocem emittet, Tu me ter abnegabis.

Rex Angliæ

Verè ex illis es, etenim Galilæus es, et locutia tua manifestum facit.

Rex Daniæ ad Regem Sveciæ

Alios juvare Voluit, seipsum Servare non potest.

Respublica Polona.

Nihil tibi rei sit cum Iusto illo.

Rex Poloniæ

Videns autem Pilatus se nihil proficere, accepta aqua, abluit manus coram Turba

Elector Moguntinus, et Epcus Wurtzbergensis.

Non hunc sed Barrabam.

Elector Bavarus

Sequebatur eum è longinquo, ut Videret finem.

Elector Brandenburgicus

Et ecce unus ex illis, extensa manu, distringit gladium, et percuſso Servo Pontificis Summi, abstulit ipsi aurem dextram.

Reliqui Electores.

Reperit illos dormientes, Oculi enim eorum erant gravati.

Veneti.

Quid ad Nos? Tu Videris

Helveti

Et acceperunt Nummos Argenteos.

Belgæ Confœderati.

Ad quid perditio hæc? potuit enim Venire magno

Episcopus Osnabrugensis et Dux Zell:

Ecce duo gladij

Dux Hannover.

Hic non consentit Operibus eorum, sed erat occultus Discipulus propter metum Iudæorum

Dux Neoburgicus

Spiritus promptus, sed Caro infirma.

Dux Lotharingiæ

Ego paratus sum in Carcerem, et in mortem tecum ire.